



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

L I B E R Q V A R T V S.

Crimine compertor lœti:nec sufficit illud  
Vicit inexpertum serpens quod pristinus Adā.  
Non contenta sui fedari criminē patris  
Addidit ipsa suos mortalis vita reatus.  
Expectasse diu nil profuit;insuper omne  
Concessum venie rapuerunt criminā tempus.  
Iam nimium longas patientia continet iras,  
Vindictę iam tēpus adest;nec fulmine terras  
Flammeus ardor aget:vasto nec cedet hiatu  
Quę premitur nimio tellus insana tumultu.  
Sed vitijs sordens fluctu delebitur orbis.  
Ad chaos antiquum species mundana recurrat:  
Incę suas redeant vndarū pondera sedes.  
Arida concedat lymphis,rursusq̄ sepultas  
Terrarum species informis contingat humor.  
Hęc clades homini,carnicę hic terminus esto.  
Sic pater eternus disponens funera rerum,  
Diluuiū dextra terras vibrabat in omnes,

C A P V T VI.

**I**n tere pleno viuebat iustus in orbe  
Vnus hom o,& mētē solus seruabat honestā:  
Nullus vota Deo donis precibusq̄ ferebat  
Hunc prēter;summus quę dignū laude creator  
Nōset,

Nosset, & exceptum vitæ seruare pararet,  
 Stemmati hic sacri nam claro nobilis ibat  
 Eoch in cœ A proauo, quem prisca fides & conscientia virtus  
 lumvius ra In cœlum sine morte tulit; sic celsa petenti  
 ptus. Gen. 5. Successit magnis non impar filius actis.  
 Nec minimum est illum salui cum corporis usu.  
 Terrenas liquisse domos, intrasse supernas.  
 Quāquā quo Noe proauus coscenderat Enoch  
 Quarti Elias cursu post tempora longa secutus  
 Reg. 2. Scribitur ignitis scandens penetrasse quadrigis,  
 Quum suspensa leues transmitteret orbitaventos,  
 Vngula vel premeret cassato pondere nubes,  
 Vallatumq; ferens sanctum non vreret ignis:  
 Et motus seruans nesciret flamma calorem.  
 Nos igitur satis est cœlum potuisse mereri  
 Membrorum sub lege sitos: sed non tamen illud  
 Segnius admirer, sancti quod tempore Noe  
 Vnus ob meritum natis nuribusq; tuendis  
 Orbis in exitio adlatam nouere salutem.

## CAPVT VII.

**E**ST ille in cœlis numeros qui præterit omnes  
 Angelicus sine fine chorus, qui laude perenni  
 Conclamat celebratq; Deum, famulatia suetus  
 Ferre